

(4) Solus Deus explet cordis nostri desideria : Psal. A LXXIII, 25.

## USUS E VERSU III.

[1] Gloria & majestas mundi est caduca somniantium similis spectaculis : aliter se habet Gloria Creatoris summi.

[2] De Justitiâ Dei immutabili v. L. de Deo.

## USUS E VERSU IV.

[1] Mirabilia Dei, praesertim ecclesia exhibita, (quae praecipue eaductio Isr. ex Aegypto,) doceri, inculcari ac perseverare ap. pios debent ad finem usque mundi.

[2] Memorialia beneficiorum divin. gratô pectore magnificanda sunt semper ; ita, ut presentia nobis stant hac hora, quae ante multa praterierunt secula, tale in V. T. erat sacramentum agni pasch. nunc verò S. Cæna in N. T.

(3) Imò quicquid in memoriam revocat divina opera, v. g. ministerium eccles. nec non Scriptura S. veneratione sunt dignissima.

[4] De gratiâ & misericordia in L. de Deo.

## USUS E VERSU V.

[1] Deus solus est, qui & anima, & corpori, præbere potest & solet τὸν ἄρτον ἐπιπέριον. vide Psalm. CIV, 14. Jes. LV, 2. Joh. VI, 35. 1. Cor. XI, 24. item 4. petit. orat. Dom.

[2] Pii imprimis sunt, qui bilari conscientia fruuntur alimentis suis ; 1. Tim. IV, 4.

(3) Fœderis sui Deus nunquam obliviscitur, modò tu, homo, observes, quae te decet : 2. Tim. II, 11. Psalm. CV, 14.

## USUS E VERSU VI.

(1) Annunciatio seu revelatio divinarum tum opum, tum decretorum, evidentissimum divinae gratiae argumentum. Quid enim prodesset thesaurus in occulto latitans ? Sirac. XX, 32. L. de Verbò div.

(2) A revelatione non sunt exclusae gentes, etiamsi prerogativam nacli sint Israëlita : Ps. CXLVII, 19. Act. XIV, 17. Rom. I, 19. seqq.

(3) Opera Dei sicut magna dicebantur vers. 2. ita hic vocantur robusta, cunctis creaturis insuperabilia & inimitabilia ; id quod praecipue deprehenditur in introductione Israelis in terram promissam, expulsis tot populis armatis, gigantibus, superatisque munitionibus, &c.

(4) Concessio terrae benedictae typus promissae hereditatis caelestis : 1. Pet. I, 4. danda sine merito, Deut. IX, 4. seqq.

## PSALMI CXII. DISPOSITIO.

Pius viret, cadit malus. Beatitudo fidelium.

Est hic descriptio viri seu hominis boni, partim à studiis, partim à studiorum praemiis, quae mixtim proferruntur : & quidem commendatur (1) à pietate, seu timore Domini, (2) observatione mandatorum ejus : vers. 1. (3) à felicitate, (a) beatus est. ibid. (b) posteritas ejus in terra erit potens, imò benedicta : vers. 2. (c) in domo ejus erit abundantia : (d) justitia ipsius persistit perenniter : vers. 3. (e) ipsi exoritur lux in tenebris : à benigno, misericorde, justo : vers.

4. (4) à beneficentiâ : bonus hujusmodi benignus est, dans mutuo : (5) ab aequitate : res suas administrabit judiciose : vers. 5. (6) à constantia : in aeternum non commovebitur : vers. 6. (7) à celebritate : justus in memoria erit perenni : ibid. (8) ab animositate : non timebit à rumore malo : cor ipsius firmum ; in Dominò confisum : vers. 7. 8. (9) a victoriâ : intuebitur Dei ultionem in hostibus suis : vers. 8. (10.) à liberalitate : sparsit, dedit egenis ; justitia ejus manet immota : (II) Ab eve-

0000 4

Etione

[5] Dei est terra : Psal. XXIV, 1. potest ex ea ingratos expellere, colonisque novis eam concedere.

## USUS E VERSU VII.

(1) Quicquid Deus facit facit sincerè, sine dolo, fudo, inconstantia, item æquè, sine ullius defraudatione, nec per violentiam iniquam. L. de Dei Verit. & Justitia, item in evangelica.

(2) Statuta divina sunt veritatis immota. L. de Legge : item de Verbò Dei in genere.

## USUS E VERSU VIII.

(1) De Verbi Divini firmitate contra hominum εὐβλαβειαν levitatem (2. Petr. III, 16.) vide L. de Verbò Dei.

(2) Veritas & Aequitas à dictis factisque Dei sunt inseparabilia.

(3) Iisdem virtutibus ex animo student etiam omnes fideles.

## USUS E VERSU IX.

[1] Redemptio ex malis, sive corporalibus sive spiritualibus, non aliunde, quam à Deo petenda vel speranda.

[2] Quod Deus semel promisit, hoc semper etiam misit mitique suo tempore.

[3] Fœdus Dei est inviolabile. vide L. de Pactis.

(4) Nomen, vel omnis de Deo facta revelatio, est sanctum, cunctis creaturis longissime semotum, & veneratione devotissimâ dignum : id quod cunctis observandum fidelibus, v. l. legis tab.

## USUS E VERSU X.

(1) De Timore Domini vid. I. præc.

(2) Sapientia bonum imprimis expetendum : 1. Reg. III, 12.

[3] Sicut imaginis div. pars non minima refulgebat in hominis intellectu, ita ut benè hic excolatur, laborandum studiosè : Ephes. IV, 24. Col. III, 10.

[4] Non sufficit scire ; opus etiam est Facere, quae rescivimus. Jac. I, 22. Tit. I, 16. 1. Cor. IV, 20. Sciunt etiam demones, Jacob. II, 19. & Pharisei Matth. XXIII, 2.

(5) Pietatis verae cultorisque ejusdem sinceri præconium est sempiternum : reliqua evanescent omnia cum seculo presente : vid. Matth. XXV, 35. Psal. CXII, 6. In nullâ etiam re gloriari licet, praterquam in solò Deo Jerem. IX, 23. 24.